



17844

DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICA,
DE
FOEMINARUM NATURA,
UT
FREQUENTE QUORUNDAM
MORBORUM CAUSA,

QUAM,

PRO GRADU DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME OBTINENDO,

EX AUCTORITATE ORDINIS MEDICORUM
DORPATENSIS,

DIE XXI. DEC. MDCCXCV, LOCO CONSUETO,

PUBLICO EXAMINI SUBJICIT

AUCTOR,

HERRM. JOAN. DE KÖHLER,

RIGENSIS.



DORPATI,
LITERIS MICHAELIS GERHARDI GRENZII,
TYPOGRAPHI ACADEMICI.

Inprimatur.

*DEUTSCH, a Consiliis collegiorum,
Censor.*

Dorpati, d. xviii. Dec. mdcccxv.

D 13177

C. D.

I n t r o d u c t i o .

Quam anxio animi sensu vir juvenis, scientiae, cui vacat, amplissimo ambitu, campo sane vastissimo, vix ac ne vix quidem perspecto, suis diffidens viribus, ad extremas eademque difficillimas, quae sibi incumbunt, dignitatis honorumque adipiscendorum partes suscipiendas, publicumque doctrinae, ad quam adspirauerit, documentum edendum, — quanto, inquam, animi angore conatus ancipitis capiendi discrimen subeat, constat inter tam multos, in eadem conditione olim versantes, ut, ad aequum placidumque de hoc qualicun-

que specimine meo iudicium ferendum leuiter ista monuisse sufficiat.

Ante quam thematis delecti rationem reddo, quid mihi electuro contigerit moeroris, commemorandum:

Compluribus nimirum thematibus delectis, ipsaque manu iis elaborandis admotâ, subsidiis deinde literariis recentissimæ ætatis et terris exteris accessitis, ad seponenda, quae elaboranda mihi sumseram (utpote quae jam ab aliis scriptoribus simillimâ quidem, ne dicam, omnino eâdem ratione jam pertractata intelligerem) adigebar.

Denique varium amborum sexuum (praeter singulares sexûs functiones et organa) discrimen physiologico et pathologico examini submittere visum erat. Sed mox quum habere, quod vererer, ne hujus thematis iusto uberius elaboratio diligentior, Dissertationis inauguralis fines sit excessura; praeterea et me admonere videretur Q. Horatius Fl. scite canens:

„Sumite materiam vestra, qui scribitis, aequam
 „Viribus et versate diu, quid ferre recusent,
 „Quid valeant humeri!“ — — —

thematis amplitudini quaedam quidem derogare, sed, trito vetustate prouerbio nixus

„In magnis voluisse sat est!“

thema illud, non nisi curis studiisque psychologicis praetermissis, pro virium mearum modulo elaborandum sumere constitui, in

foeminarum naturam, ut frequentem quorundam morborum, ceteroquin utriusque sexui communium, causam

inquisiturus.

Tametsi thema illud uberius, menti primum oblatum, non uniuersum, sed ex parte tantum tractandum sumerem, id saltem agere visum est, ut uniuersum ubique respicerem, memor egregiorum verborum poëtae illius Germani, ejusdemque medicinae studio olim vacantis:

„Immer strebe zum Ganzen; doch wirst du
 selber kein Ganzes;

„Dann, als dienendes Glied, schlichs' an
 das Ganze dich an!“

Et terque quaterque beatum eequidem me praedicauerim, si, postremis verbis quae monet poëta, in hoc meum qualecunque opusculum valere visum fuerit peritioribus.

Ad thematis a me tractandi rationem quod attinet, *Sectione priori* contemplantur ac perquiram Systematum anatomicorum et functionum naturae utriusque sexus varietatem ac dissensum, peculiaris foeminarum conditionis pathologicae ratione habitâ. Cui quidem *Sectioni priori* inuixus, *altera Sectione* inquirere ausim morborum frequentius foeminas, quam mares, inuadentium causas.

Si quis fuerit, cui haec mea laudati thematis tractandi ratio arctioribus, quam pro titulo *Dissertationi* praefixo, circumscripta videatur limitibus, ignorare eum nolim, mihi quidem foeminarum naturam solummodo eam esse, quâ foemina, cum maris naturâ comparata differat, indeque omnino abhorreat; foeminamque cum viro me non comparasse, nisi quoad utriusque comparando omnino concessus fuerit locus, h. i. foeminâ non in formando ac nutriendo foetu occupatâ. Quam naturae foe-

minarum notionem a me constitutam esse solito arctiorem, ecquidem haud ignoro, at quae magis tamen conueniat arctioribus, quibus hoc meum qualecunque specimen circumscriptum esse debet, limitibus.

Thematis pertractandi ratione reddita, ante quam rei ipsi tractandae mentem manumque admoueam, a scopo mihi praeposito haud aliena fore putauim praemonita quaedam historico-literaria, exhibentia medicorum placita inde ab antiquissimis temporibus nobis tradita.

Hippocrates, medicorum antesignanus ille famosissimus, passim ¹⁾ docet, praestans, ne dicam mirum ipsius ingenium haud latuisse causae pathogenicae in mares foeminasque eodem tempore agentis vim exsertam variam esse ac diuersam. Ad foeminarum structuram quod attinet: *Αναγκάζει*, inquit, ²⁾ *ὁ δὲ λόγος καὶ στηθεὰ καὶ μαστοὺς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ταῖσι γυναιξὶν χαννα*

1) Ut pag. 281. 287. 419^l. etc. Operum Hippocratis; edit. a Foëstio. Geneuae MDCCCLVII. fol.

2) l. c. pag. 273. *περὶ ἀδένων*.

και μαλακα εις τοισιν δε ανδρασιν τα εναντια. Et alio loco: 3) Των δε παντων τα μιν αρσενα θερμότερα και ξηρότερα τα δε θηλεα υγρότερα και Ψυχρότερα. Pseudonymus autem Γυναικαιου (operis sub Hippocratis nomine circumlati) auctor 4): Φημι, inquit, την γυναικα αραιωταρχοτερον και απαλοτερον εις η τον ανδρα, ει: Θερμότερον γάρ το αίμα έχει ή γυνη, και δια τουτο θερμότερη εις του ανδρος. Qui quidem calor exoritur, paulo post ipso monente: υπο πληθωρης. — Sed facile ignoscas isti Pseudonymo, contradicenti veri nominis Hippocrati, de morbis foeminarum diserte docenti 5): Τα γυναικεια νοσηματα τα κειλευμενα αι υστεραι παντων των νοσηματων αιτιαι εισιν cum Pseudonymus iste, 6) ita sentiat: Επικινδυνα δε εισιν, ως ειρηται, και το πολυυλεα και μεγαλα και χαλεπα ξυγιεναι, δια τουδ' ότι αι γυναικες μεταχουσι των νοσων και εσθ' ότι ουδ' αυται ισασιν οτι νοσεουσιν πριν η εμπειρας νοσων γινωνται απο καταρμηκων και εωςι γεραιτερας. Τοτε δε τφεις ή τε αναγκη

3) l. c. p. 350. περι δικιτης πρωτον.

4) Hippocr. Opp. edit. laud. p. 588.

5) Περι τοπων των κατα ανδρωπον p. 423.

6) Περι γυναικειων πρωτον p. 613.

και χρονος διδασκει το αιτιον των νοσων. Αλλα χρη
 ανερωταν αυτικα απρεκεις το αιτιου. Διαφερει γαρ η
 ιησις πολλων των γυναικειων νοσηματων και των αν-
 θρωπων.

Quum non nisi *factorum* mihi habenda
 sit ratio, silentio jure meritoque praetermit-
 tendae hypotheses dubiaque philosophorum
 istius aetatis placita, quae huc fere spectare
 potuerint.

Celso 7), in *Osteologia*, differentiam lau-
 datam ita exponere visum est: „Os, ait, quod
 „pectinem vocant, super intestina sub pube
 „transuersum, ventrem firmat; rectius in viris,
 „recuruatum magis in exteriora in foeminis,
 „ne partum prohibeat. Inde foeminae oriun-
 „tur.“ Quae manca expositio differentiae, qua
 insignes sint foeminae (et in partibus quidem
 corporis longe maximam exhibentibus diffe-
 rentiam!) sane docet, de obscurioribus, ab-
 strusioribus magisque impeditis differentiis
 ipsi omnino non constitisse. Et re vera quot-
 quot et ante et diu post *Celsi* aetatem florere

7) De medicina, (Argentorati cirocccevi, 8.) p. 459.

scriptores, de naturâ morbisque foeminarum (a partibus genitalibus et functionibus, quas dicunt, si discesseris, nil fere, quod ecquidem sciam, differentiae commemorant. Si quis est, qui hac de re persuadere sibi velit, adeat *Mercatum*⁸⁾ per duo operis infra laudati capita *de sexus differentiâ et de affectionibus utriusque sexui communibus et cuique propriis satis disserentem et quae nos quidem adseruimus, omnino confirmantem.*

*Sebitz*ius, Professor Argentinensis, peculiari disputatione editâ⁹⁾, hac de re primus disseruit. Cujus quidem legendae etiamsi mihi non concessa erat copia, at suspicari tamen licet, parum luminis eam adfudisse isti rei, quum, sexaginta annis post, *Verheyen*, de differentiâ inter ossa virorum et mulierum obtinente disserens,¹⁰⁾ doceat: „Ossa virilia foemineis

8) *Lud. Mercati* de communibus mulierum affectibus, Lib. 1. cap. 1 et 2. in *Spachii* Gynaeciorum libris, Argentinæ, MDCCXXVII, pag. 803 — 808. fol.

9) *Sebitz* de discrimine corporis virilis et muliebris, Argentorati, 1649. 4.

10) *Verheyen* anatomia. Bruxellis. 1710. 4. Part. I. p. 330.

„passim duriora esse et majora,“ — deinde etiam, satis quidem specialiter, sed paucis admodum de *suturâ frontali, clavicula, parte pectoris anteriore et de pelvi* — dicat. Alio loco ¹¹⁾: „Quod sexum attinet, ait, sunt ordinarie mares foeminae calidiores et sicciores; „habent partes solidas magis rigidas, densas, „duras et asperas; saltem quantum est, ex „constitutione, illis concessa a natura.“

Differentiis hucusque commemoratis majorem laxitatem cutis et telae cellulosaë, hujusque majorem copiam adsociat *Thierry* ¹²⁾. — *Hallerus* ¹³⁾ subjungens mentum imberbe, flexibilitatem majorem, majoremque sese extendendi facultatem, suspicatur adeo utrumque sexum *ipsis suis elementis* esse diversum.

Russellus foeminam physiologico examini primus subjecit, licet studia illius nostrae quidem cultiori aetati parum satisfaciant. At

11) *Idem.* Part. II. p. 21.

12) *Thierry* an., praeter genitalia, sexus inter se discrepent. Parisiis, 1740. Vid. *Ackermaun* I. c.

13) *Halleri* elementa physiologiae. Tom. VII.

idem tamen docet, ¹⁴⁾ foeminas non unius organi, solius, diuersitate, sed uniuerso omnino respectu cunctisque relationibus, distare a virili sexu.

Denique *Ackermannus*, *Soemmeringio* adiutore, plenam differentiarum in utroque sexu, osteologico potissimum respectu, obuiarum enumerationem exhibuit. ¹⁵⁾

Haud multo post et *Noldius* rem eandem, dissertatione ¹⁶⁾ edita, tractandam resumpsit, cujus quidem inspiciendae copia mihi defuit.

Ad Pathologica quod attinet, *Fischerum* ¹⁷⁾ rei hujus literariae quasi patrem et antesigna-

14) *Roussel*: Physiologie des weiblichen Geschlechts; übersetzt von Michaelis. Berolini 1786. 8. p. 4.

15) *Ackermann* de discrimine sexuum praeter genitalia. Moguntini. 1787.

16) *Nolde*. Dissertatio sistens momenta quaedam circa sexus differentiam. Goettingae. 1788.

17) *Fischer*: Dissertatio de frequentia morborum in sexu sequiori praepotiori. Erfordiae 1717.

num dixeris. Sed neque illius dissertationis copiam alicunde impetrare mihi contigit.

Praeterea extat *Dissertatio* ¹⁸⁾ de morbis foeminarum virilibus, rem veluti oppositam tractans. Quae in differentiis enumerandis in utroque sexu obuiis cum non versetur, mentionem ejus fecisse sufficiat.

Van Doeuere ¹⁹⁾ foeminarum morbos dispescit in uniuersales et particulares. Et illos quidem dicit, qui vel *tales omnino* sint, quales virorum, vel certe istis *similes*, rarius quidem. ex corporis constitutione, viros, quam mulieres, inuadere solitos. Primarios illorum fontes nouem enumerat.

Denique *Hartmannus* ²⁰⁾ eandem rem tractandam delegit, studii ratione reddita hisce

- 18) *Wegener* (Praes. Alberti) de morbis foeminarum virilibus, Halae Magdeburgicae 1738. 4.
- 19) *Van Doeuere*: *Primae lineae de cognoscendis mulierum morbis, in usus academicos etc.* Lugd. Batavor. 1775. 8.
- 20) *Hartmann*: *Differentiae sexus utriusque pathologicae momenta.* Goettingae 1790. 8.

verbis: „Nulla, inquit,“ plane alia res, quam
 „in dissertatione pertractarem, adeo mihi ar-
 „risit, quam in differentiam sexus utriusque
 „pathologicam inquirere, causasque illius ex
 „diuersis sexuum corporis habitu, vitae ge-
 „nere et functionibus corporis, si tironi adyta
 „haec naturae penetrare liceret, eruere.

Si Hartmanni libellus, cuius lustrandi copia, dissertatione hacce meâ omnino absoluta, mihi contigit, vel in ipso pertractandi modo huic meo opusculo, quam pro opinione, videatur similior, at ambobus tamen comparatis mox intelliges, quantum in literas diligentius colendas XXV annorum spatium valeat. —

Ex eo quidem tempore differentiam, quâ distinguitur uterque sexus, olim heu! fere omnino neglectam attentius respicere coeptum est.

Ex operibus respectu studioque psychologico hac de re elaboratis duo, eaque fere palmaria, nominasse sufficiat: 1) Binas diatribas commentariis literariis, *Horarum* nomine

celebratis ²¹⁾ insertas et 2) *Pockelsii* ²²⁾ tentamen laude illustri conspicuum. — Hinc factum est, ut in compendiis ac systematibus physiologicis et pathologicis rei laudatae, quantumvis leuiter tractandae locum concederent, differentiis circa utrumque sexum versantibus parce exhibitis. — Deinde *Ackermannus* ²³⁾ differentias e sexu pendentes exponendas suscepit, de quibus: „Vires, ait, quae vitae praesunt et partium embryonis incrementum capitulantur, duplici modo differunt: vel enim accumulato materiae nutritivae penu materies ad coagulandam massam vix non sufficit, vel allatum organo masculino oxygenium, cui materiem firmitus coagulat et durius compingit. In primo casu materies organica in mollius compingitur foetus corpusculum, in quo

21) Ueber den Geschlechtsunterschied und dessen Einfluß auf die organische Natur. *Horen*, 1795. Stück 2. Ueber männliche und weibliche Form. Stück 3 et 4.

22) *Pockels* Versuch einer Charakteristik des weiblichen Geschlechts. Tomi IV. S. Hannover.

23) *Ackermann* infantis androgyni historia et ichnographia. Jenae 1805. fol. 53 — 58.

„organa succis et molliori cellulosa affatim faciuntur, sed in quo vires desiderantur partes extendendi et organa euoluendi. Hoc femineae fabricae praecipuum characterem sistit.“ — — Deinde: „Vir, inquit, organo respirationis ampliori praeditus oxygenio abundat. Femina, ampliore digestionis officina et arctiori thorace instructa hydrocarbure azotico, i. e. materie animali nutritiâ scatet. Possumus ergo nostro sensu affirmare, materiam corporis virilis ex hydrogenio oxygenato cum oxygenii non saturati excessu, illam autem corporis foeminei ex hydrogenio oxygenato, sed hydrogenii principii excessu constare.“ Haec ille. —

Paulo post *Autenrieth* ²⁴⁾, ex hydrogenio praedominante, oxygenii inopiâ, magneticâ polaritate et mutuâ actione electricâ, vigente in organismo, formationem foeminae ejusque conditionem insignem, a viro diuersam deriuare visum est.

24) *Autenrieth*: Bemerkungen über die Verschiedenheit beyder Geschlechter und ihrer Zeugungsorgane, als Beytrag zu einer Theorie der Anatomie; in *Reil's* Archiv. für Physiologie, Tom. VII. p. 1 — 39.

Eodem tramite Joergius ²⁵⁾ incescit, Acker-
manni vestigiis insistens, indeque differentias
ac vicissitudines inde ab ipso embryone for-
mando, ad perfectam foeminae pubertatem,
quin ad decrepitam etiam senectutem usque
derivans; praeterea succinctam foeminarum
Psychologiam exhibens ²⁶⁾.

Burdachus ²⁷⁾: „Beym Weibe, ait, ist
„relativ-überwiegend das Seyn, die Plastici-
„tät, unter den Thätigkeiten aber die Involui-
„rende, von aussen, nach innen Gehende:
„daher der höhere Stand der Sensibilität; die
„mehrere Ausbildung von Lymphengefässen
„und Venen; Uebergewicht der Assimilation
„über Egestion; Vorwalten des indifferenten
„Zellgewebes und rundere gewölbtere For-
„men.“ — — Praeterea et *Historia naturalis*
foeminarum, contexta secundum Moreauii prae-
cepta, ²⁸⁾ digna est, cujus mentionem facia-

25) Jörg: Handbuch der Krankheiten des menschlichen Weibes. S. 4 — 45.

26) Ibid. § 46 — 63.

27) Die Metamorphose der Geschlechter, in *Burdachii* Disquisitionibus anatomicis (Anatom. Untersuch.) Lipsiae, 4. p. 21.

28) Naturgeschichte des Weibes, nach Moreau bearbeitet. Lipsiae, 1810. Tom. I — IV.

mus, ut quae ex auctoris consilio, singulas historiae naturalis partes emetiri debeat, physiologiae et diacticae praeceptorum usu ubique monstrato.

Mendius ²⁹⁾, distinctione inter morbos sexus sequioris in genere, et functionum, facti, illos non respicit, nisi quoad ad ipsam rem tractandam facere facemque ei praeferre videntur.

Coronidem denique literariis hisce nostris praemonitis imponat *Perill. Sieboldi* ³⁰⁾ *introductio in morbos mulierum*, utpote quae eadem omnino spectet ad nostrum consilium.

En flores a me collectos in hunc qualemcunque fasciculum! Quem ut beneuolo animo accipere haud dedignentur medicinae cultores, enixe rogo.

29) *Mende*: die Krankheiten der Weiber nosologisch und therapeutisch bearbeitet. Lipsiae 1810 Tom. I, pag. 5 — 11.

30) *Siebold*: Handbuch der Frauenzimmerkrankheiten, Tom. I.

*S e c t i o I.**§. I.*

Mirum sane est, signa, quibus, circa formam externam ipsamque formationem, dignoscitur a mare foemina, quantumvis multa in oculos incurrant, ab ipsis pictoribus ac statuariis veteribus in artificiosis suis operibus expressa, serius demum, a scriptoribus fuisse commemorata. Primo jamjam obtutu, non potes non intelligere, cutem feminarum corpus obtegentem, esse teneriorem, flexibiliorem, candidiorem, pellucidiorum majorique pinguedinis copiâ insignem. Hinc, et ob quarundam partium peculiarem structuram, factum est. ut foeminarum corpus omnino magis ad rotunditatem vergeret, formae essent mitiores ac leniores.

tororum sinuaminumque delineatio eminentior ac venustior, lineamenta, (musculis minus eminentibus,) subtiliora. Hinc positus motusque minus impediti; pili crinesque locis singulis certisque dati, sed in iisdem densiores ac profusiores. Ceterum et minori longitudine insignes sunt foeminae. Pictores ac statuarii $7\frac{1}{2}$ capitum altitudinem Vencri, 8 capp. et aliquot momentorum, s. punctorum *) Apollini tribuunt. Ob longitudinis extremitatum inferiorum in utroque sexu diuersitatem corpus foeminae *supra* trunci dilisuram, viri contra *in* eà ipsà, forte et *inferius*, dimidiatum.

§. 2.

In feminà, circa *habitum*, cum viro comparatà, haec fere reperiuntur discrimina: Caput magis rotundum; cranium faciem amplitudine praestans; frons minus elata; nasus minor; os angustius; capite nimirum circa tempora arctiori; maxillis fere magis compressis. — Musculis omnino minus prominentibus, quam solent in mare, et tunica cellulosa pinguedine-

*) *Minuten.*

que faciei copiosiori; minus sibi constat vultus *). — Collum, in cujus parte antica cartilago thyrioidea minus prominet, per lineas leniter sinuosas sensim in truncum abit, in cujus angustiori initio humeri minus lati magis retrorsum vergentes sedent, declivius in brachium continuati, ossa subclavia autem minus inflexa in parte anticâ eum terminant. Thorax desuper sensim augetur amplitudine. Cavum pectoris angustius, magis rotundum magisque exiguum, super quo mammae collocatae. Venter, magis prominens, rotundior; umbilicus a latiori pubis regione remotior; hypochondria molliora; regio lumbaris longior magisque extensa; coxae, sicut regio subjacens, et majores et latiores, per eminentiores ac rotundiores, quam in viris, nates, in inferiores extremitates transeunt. Femora, insignia majori et rotunditate et amplitudine, superne quidem magis distantia sensim, alterum alteri, magis adpropinquant, donec in genua abierint, magis introrsum flexa eadem, magisque prominentia. Sicut inferior extremitas omnis, ita et pes, minor, planta minus lata. Hinc, (se-

*) *Physiognomie.*

moribus praeterea magis distantibus) foeminarum incessus subuacillans, cursus impeditior. Brachium magis obesum magisque rotundum, mitioris denique delineationis; manus minor, eademque tenerior.

§. 3.

Habitu foeminarum deliteato, systematum singulorum, organa corporis humani formationum discrimina indaganda!

Fibrae corporis foeminarum omnino molliores, laxiores, flexibiliores, ad extensionem proniores, debiliores. Tela cellulosa, in feminis, sub cute potissimum, copiosior, majori laxitate pollet. Hinc humorum adipisque in cellulis ejus depositio in mulieribus facilior.

Ad membranas quod attinet, nil, quod sciam, differentiarum repertum.

Cutis feminarum multo tenerior, laeuior, mollior. Chorion, Bichatio auctore, multo minus densum et tela cellulosa majoris extensionis est, ubique repleta adipe, unde species tenerior et candidior.

Rete Malpighi in foeminis explicatior esse videtur magisque turgescens, potissimum in facie. Hinc subitaneus in animi motu quocunque rubor eximius.

Cutis superficies raris tenuissimisque crinibus oblecta. In capite contra, ut in axillâ et circa pudenda, ut quibus corporis foeminarum partibus solis destinati crines videntur, incrementum profusius, quam in viris, magisque luxurians. Capillus inprimis pulchrior, haud ita mature pallescit, serius defluit, ad scintillas electricas eliciendas pronior. Barbâ foeminae vacans, causâ jam a veteribus a mensuris repetitâ. Hinc Bartholinus ¹⁾: „In mulieribus, ait, menses materiam absumunt barbae, unde interdum, menstruo cursu subsistente, quibusdam mulieribus pili in mento prodeunt.“ Osiander ²⁾ de peculiaribus crinium generandorum elementis cogitat, ex carbonio et azotò compositis, ad catamenia valentibus. — Ungues concinni, tenuiores, coloris magis rosacei.

1) *Thomae Bartholini Anatomia reformata.* Amstelodami MDCCCXIX. 8. pag. 305.

2) *Osiandri memorabilia* („Denkwürdigkeiten.“) Tom. II. Goettingae. 1795. 8. pag. 56.

§. 4.

Ad ossium structuram corporis foeminarum quod attinet, differentias quasdam primo statim obtutu in oculos incurrentes jam supra (§. 2.) commemorauimus, de structurâ pectoris et caui abdominis infra (§. 11. 12.) uberior dicturi. Hoc quidem loco non nisi generaliora contemplari, circa singularia, quae monenda forent, ad *Ackermannum* ³⁾ ablegatos velimus curiosos.

Sceletus corporis foeminarum, molis est minoris, magis tenuiter fabricatus, minus fortis durusque, breuior, a trunco si disceaseris, qui est longior. In ossium compage est, ut *Albini* ⁴⁾ verba mea faciam, *aliquid foeminini difficile explicatu*. Singula ossa minora sunt, tenuiora, graciliora, cylindri formam quae imitantur, apophysi, cum ipsorum diaphysi comparatâ, multo crassiori praedita, ita, ut ossa foem. corporis artificiosius efformata dixeris,

3) *Ackermann*: Ueber die körperlichen Verschiedenheiten etc.

4) *Albin*: de ossibus, Ad tirones. Vindobonae. 1746. p. 298.

virorum ossibus contra, ut diaphysi crassiori ab apophysi parum diuersa, ita et robore magis conspicuis; hinc et fortitudine viribusque corporis insignes viri, operosis laboribus sustinendis magis idonei. Ossa *sphaeroidea* et *polyedra* foeminarum pariter gracilliora sunt; *plana* tenuiora. Ossa corporis mulierum laeuiora, cum insertio musculorum, ut qui sint infirmiores, minorem cauitatem exhibent; cauitates glenoidales planiores. Majori ossium teneritate minorique duritie efficitur, ut facilius cedere possint. Hinc ossium fractura in muliere rarior.

§. 5.

Cartilagine in pelui et spinâ dorsî fortiores, magis eleuatae et latiores; in costis tenuiores, planiores, aequiores, nisi quod, inde a quintâ, longiores sint, quam in viris, dum in utroque sexu pars ossea ex asse sibi responderit. Angulus acutus, qui inter cartilagine adscendentes costarum inferiorum et cuspidem cartilaginis ensiformis est, minor. Ligamenta, non nisi in pelui, densiora et fortiora.

§. 6.

Musculi minus validi, subtiliores, laxiores et molliores, et ad colorem quod attinet, minus rubent. Fibrae singulares, eaeque minores, per telam cellulosa copiosiore, cum aliis, in fasciculum collectae; haud aliter fasciculus singularis cum ceteris, per telam cellulosa copiosiore, jungitur. Quâ re efficitur, ut musculus tractabiliorem, molliorem, rotundiorem humidiorumque se quidem exhibeat, sed minus robustum. Eâdem de causâ caro animalium foemini generis vi aquae fermentis facilius mutatur; sed derogatur sapor. Ergo minori densitate, exiliori robore foeminarum musculi omnino sunt insignes, iis tamen exceptis, qui regionem lumbarem, os sacrum et ventrem terminant, ut quorum adminiculo opus sit in partu.

Aliqui musculorum, situ et adhaesione diversi; e quibus solum diaphragma commemorandum; in feminâ altius, in cartilagine costae sextae, in mare, septimae, firmatum. — Musculi foeminarum ex arbitrio non pendent infirmiores sunt iidem, sed, systemate

neruorum, per tenues easque minores musculorum fibras, praevalente, multo magis irritabiles. Hinc agendi ratio in muliere velocior. Sed sicut est velocior, ita et debilior. Concoctio celerius perficitur, hinc frequentior quidem nutrimentorum usus, sed parcior.

Quorum organorum status, Feminarum corpus cum respexeris, normalis quidem dicendus, sed, cum virili comparatus, ad *astheniam irritabilem* prope accedens, et potentiae officiens ad eandem pronior.

Morborum formae in sequiori sexu solemniores sunt cardialgia, nausea, dyspepsia, obstructio, asthma, palpitatio cordis, quorum morborum rationem *Pfaffius* ⁵⁾ fibrarum musculorum debilitati tribuit.

§. 7.

Ad vasa sanguifera eadem omnino valent quae modo monuimus, quum, in pariete eo-

5) *Pfaffii* Grundriss einer allgemeinen Physiologie und Pathologie des menschlichen Körpers. Hafniae, 1801. 8. §. 362. 363. 369. 375. 379.

rum, pariter fibrae musculares reperiantur. Vasa illa cum sint minus adstricta, et extensionis et cedendi magis patientia, abundantiam sanguinis ut facilius generant, ita et impunes sustinent mulieres.

Lumen arteriae minus; ab aorta descendente et arteria hypogastrica cum discesseris, prospicientibus ventri et pelvis regionibus variis, ramorum majori numero. Unde, sicut ex eo, quod in muliere sanguis minus in superficiem agitur, (hinc et color candidior!) frequentiores inflammationes internas maxime in abdomine et pelvi obuias, deriuare licet. — Pulsus arteriae et frequentior, et debiliior, ex iis quae §. 6. tradidimus, — minor et plenior, ex tunicae muscularis vasorum structurâ modo commemoratâ pendet. Arterias in muliere, venas in viro magis elaboratas perhibet *Moreauis* ⁶⁾; has quidem crassiores etiam magisque refertas, unde morbi ex impeditâ in encephalo et abdomine sanguinis circulatione oriundi frequentiores sint inter viros.

6) *Moreau*: Naturgeschichte des Weibes; übersetzt von *Rinck*. Tom. I. pag. 112.

Copia sanguinis, in mulieribus, respectu reliquae conditionis, major; quâ de causâ hæmorrhagiis frequentioribus quidem ac vehementioribus sunt obnoxiae, sed, pro ipsarum conditione, minus periculosis.

§. 8.

Vasa et glandulae lymphaticae sunt et magis elaboratae et agiliores. Hinc parciore alimento nutritur foemina, sed eandem ob causam morbis systematis lymphatici et glandularum magis obnoxia, quum organa ob majorem, quâ sunt praedita, agilitatem, ad detrimentum capiendum et conditionem abnormem subeundam sint proniora. Hinc forte et scirrhus et cancer in mulieribus frequentiores, licet in istis et influxus systematis sexualis aliqua ratio sit habenda.

§. 9.

Ad systema neruorum jam transeundum, *Bichatio* et *Reilii* auctoribus, tanquam cerebrale et gangliorum considerandum. Ad systema cerebrale quod attinet, cerebrum foeminae,

pro corporis mole, et majus est et grauius, sed basis encephali et lobus cerebri posterior aliquanto minores; Glandula pinealis et medulla spinalis insigniores; nerui encephali, olfactoriis et opticis exceptis, minores et subtiliores, quam in mare. — Cerebro foeminarum, *Autenriethio* iudice ⁷⁾ neruorum ista exiguitate praepondium quoddam relatiuum contingit, hinc et facilius in morbum degenerans. Unde capitis dolores sequiori sexui frequentiores, et glandulae *Pacchioni* in dura meningē in fungos degeneratae, in eodem sexu fere solo reperiuntur etc. Nerui organorum motorii, *Soemmeringio* monente ⁸⁾, pro ratione sexus, majores sunt: „Jüngere Personen, ait, „Frauenzimmer, magere Personen scheinen „unter übrigen gleichen Umständen nicht nur „nervöser, d. i. mit stärkern, dickern Nerven „versehen zu seyn, sondern sind es wirklich, „in Vergleich mit ältern, mit Mannspersonen, „oder mit fetten Personen.“

7) *Autenrieth*: Bemerkungen über die Verschiedenheit beyder Geschlechter; insert: *Reitii* tabulario medico (Archiv). Tom. 7. p. 26.

8) Vid. *Baillis* Anatomie des krankhaften Baues, No. 565.

Cui quidem contradicit *Ackermannus* ⁹⁾, qui: „Nunquam, inquit, si eam, quae inter „neruos et corpus reliquum intercedit propor- „tionem non negligimus, neruorum ita immu- „tata ratio est, ut inde sexus ulla differentia „appareat.“

Sed neruos praeualere musculis mihi quidem certum esse videtur. Et nervi ischiatici insigniorem crassitudinem idem ipse laudat.

§. 10.

In systemate gangliorum hae fere obuia sunt differentiae: Plexus hypogastricus bis tanto major est quam in viris, et rami inde a plexu mesenterico superiori et mesocolico exporrecti, majores; hinc et partium genitalium in foeminis vis major in uniuersam ipsarum naturam, et morbi neruosi, inde oriundi, frequentiores. Hysteriae et nymphomaniae, *Attuariethio* iudice ¹⁰⁾ in viris castis, nullus fere

9) *Ackermann*: Infantis androgyni historia etc. pag. 68.

10) l. c. in *Reilii Archiv.* Tom. 7. p. 61.

respondet morbus similis. Superbia incitati frequentius mente priuantur viri, amore ad irritum redacto, mulieres. Nerui connexiui, sub quibusdam conditionibus, cum systemate cerebrale et gangliorum in nexu versantes et, *Reilio* ¹¹⁾ iudice, semiductores dicendi, eo loco, ubi encephalo junguntur, infirmiores sunt, quam in mare, hinc ad dissociandum *) minus idonei. Unde morborum sphaerae vegetatiuae, in animale facilius degenerantium causam cognoscas. Systema gangliorum primae eique soli organismorum, quorum ope processus vitales, formatiui sunt, functioni datum, est conditio horum processuum a corpore petita; nec non vinculum, quo dissociata **) formationis organa, iunctim ad finem communem tendunt. Ad vegetationem omnino pertinet, arteriarum stipites ramosque quasi circumtexens, insequitur eas ad tenerrimos usque ramusculos et ad ipsa vasa exha-

11) *Reil*: Ueber die Eigenschaften des Gangliensystems und sein Verhältniß zum Cerebralsystem; in *ej. Archiv*. Tom. 7. p. 190 sqq.

*) *Isoliren*.

**) *Isolirt*.

lantia et resorbentia. Et ex his quidem nervis vasisque contexta sunt viscera, vegetationem adjuvantia. Ex partis hujus systematis insigniori magnitudine in muliere, majorique ad omnes, quibus praest, funciones subeundas dexteritate intelligenas, systema gangliorum in foeminis efficacius et vi pollere majori, quam in viris.

§. II.

Ad caua eorumque contenta consideranda jam nobis transeundum, intactum tamen relicturis caput cum encephalo, quum differentiae psychologicae inde deriuandae a dissertationis nostrae scopo sint alienae. — Differentia circa thoracis formam ejusque exteriorem speciem jam supra (§. 2.) omnino delineata. Nunc pectoris structura diligentius examinanda.

Ut pectus mulieris superne angustius, ita et vertebrae, ad altitudinem earum cum spectes, sunt arciores, angustiores, sternum brevius, licet corporis ejus et cartilaginum costalium respectu habito, sit longius. Costae ip-

sae tenuiores, breviores, formae semicircularis. Diaphragma, unius costae spatio altius insertum (§. 6.) et processus xiphoideus aeterni, in viris, ante symphysin ossium pubis prominens, magis recedit in feminis.

Ex quibus omnibus satis liquet, cavitatem thoracicam, licet magis ad rotunditatem vergat et profundior reperiatur, nihilo secius tamen angustiore esse et brevior, adeoque, spatii ratione habitâ, minorem. Cartilaginum costalium insigniori et longitudine et flexibilitate, inferior pectoris pars extensionis magis quidem patiens dicenda, sed ad spatii angustiam compensendam, aegre sane remunerata. Vertebrarum excisurae pro illarum mole, latiores. Ex pectoris feminarum angustia, cordis et pulmonum minor ambitus pendet. Quâ quidem, impedimentis fortuitis, ut grauiditate, strophiorum arctantium usu etc. magis coarctatâ, in primis pulmonum efficacitas turbatur. Hinc pneumoniae, catarrhi pulmonum, phthisis pulmonalis, potissimum tuberculosa, in foeminis frequentiores.

§. 12.

Thorax mulierum formá cum differat, cavum abdominale pariter differat necesse est. Cujus initium, pro minori femini corporis habitu, quam sit angustius, et ventriculum minus spatiosum crediderim (?), hepar minus; licet costae spuriae magis extendi patiantur. Vertebrae dorsi, pro ratione corporis mulierum, altiores sunt et tenuiores; cartilaginee intervertebrales altiores eadem, sed crassiores. Quam ob causam, sicut per altius insertum diaphragma et brevius sternum, abdomen foeminarum altius est, et ob latiorém pelvím (cujus differentias reliquas, omnibus notissimas, enumerare nolim) latius idem, propterea et omnis tractus intestinorum longior. Canalis medullae spinalis et excisurae nervis prodeuntibus destinatae majores. Quo spatium inter marginem inferiorem pectoris et superiorem pelvis, in mulieribus, majus est, quam in viris; herniae umbilicales, *Antenriethis* auctore ¹²⁾, eo sunt in foeminis, quam in maribus, frequentiores. Foraminis ovalis in pelvi

12) l. c. in *Reitti* Archiv. Tom. VII. p. 93.

foeminarum insigniori amplitudine, virium in partu contentio cum accesserit, herniae foraminis ovalis multo frequentius generatae ànsa praebetur, quem admodum sub ampliori inter ligamentum Poupartii et ossa pelvis spatio herniae cruralis in feminis frequentius genitae causa latet.

§. 13.

Differentiarum anatomicarum generaliorum mentione facta, ab inanimi ad viuum jam trans-eundum! Istarum notitià ex intuitu et sedulà contemplatione hausta nixis, in functiones organismi inquirendum nobis erit, differentiis, si quae inter utrumque sexum obtinuerint, sedulo commemorandà. Sed eas tantum functiones exactius exponemus, in quibus differentias quascunque in statum pathogenicum vim aliquam exserentes, experientia monstrat.

§. 14.

Et primo quidem meritoque de *respiratione* agendum, processu illo, cunctis animalibus ad vitam sustinendam quam maxime necessa-

rio. Respirationem in foeminis non minorem esse non posse, jam ex §. II. satis patet. Pectus quidem mulierum a parte antica et ab utroque latere magis in spiritu ducendo dilatatum, (hinc thoracis mutua dilatatio et contractio feminae respirantis spectanti magis conspicua) quâ autem re sane non compensatum dixeris majus spatium foeminarum thoraci denegatum. E minori respiratione, oxygenij excepti minor, quam in viris; quantitas pendet. Unde ad et formationis et morborum sequentis sexus rationem reddendam quid argumentati sint, commemorant *Ackermannus, Autenriethius, Jøergius et Rheinholdus* ¹³⁾. Nos quidem non nisi quaedam phaenomena inde derivare conabimur:

Respirationem et exercitationem voluntariam semper sibi respondere et quasi pari passu ambulare videas. Corpore vehementius exercitato respiratio viget; cujusque musculorum voluntariorum intensionis particeps respiratio.

13) *Reinhold*: Versuch einer skizzirten, nach Galvanischen Gesetzen entworfenen Darstellung des thierischen Lebens; in *Reilli* Archiv, Tom. VIII. p. 325 sqq.

Et contra: organorum respirationis strenuae agilitatis vi exhibita, ut cum diu voceque intensa loquutus fueris, clamaberis, cantaueris, musculorum voluntariorum omnium lassitudinem senties. Porro: respiratione ex organorum quocunque vitio vel omnino asthmatis specie, quolibet imminuta, vel aëre oxygenii inope hausto, musculorum infirmitatem exoriri videas. Quae omnia quodammodo docent, musculorum mulieris infirmitatem §. 6. commemoratam ex oxygenii excepti inopia pendere. Respirationem quam maxime adjuvare calorem animale evolvendum, experimenta docent, facta in foetu, nondum respirante, in utero, neque suum ipsius evolvente calorem, mutuatum a sola matre ¹⁴⁾; docet pariter omnino deficiens in asphyxiâ calor. Ergo ex tenuiori respiratione pendet et tenuior foeminarum calor. Parciori, quo opus est mulieribus, oxygenio pariter tribuendum, quod foeminae diutius in asphyxiâ citra detrimentum versari et resuscitari tamen possunt. Ex voluntario

14) *Autenrieth: Handbuch der empirischen menschlichen Physiologie. Tübingae. 1808. Tom. I. pag. 298.*

respirationis usu humana vox oritur. Ex cartilagine thyrioideae minori crassitudine, tracheae ¹⁵⁾ angustia pari praeterea bronchiorum amplitudine!); ex ligamentorum glottidis majori longitudine et glottidis ipsius insigniori amplitudine gracilior omninoque muliebris vox pendet.

§. 15.

Alius processus ad vitam sustinendam haud minus necessarius, in quo omnis omnino hominis conditio nititur, est *concoctio*, in mulieribus diversa eadem. Observata abunde docent, foeminas cibos suavioris saporis et facillioris concoctionis, praeferre insigniter nutrientibus, sed neque odore, nec sapore delicatiori insignibus; concoctionem esse velociorrem, alimentorum usum vicibus singulis multo parcio rem, sed frequentiorrem, quam in viris. Hinc in Angliã, ad rem satis attentã, impensae in viros in nosocomiiis decumbentes, aut in custodia tentos, fieri solitae multo majores, quam quae in mulieres. In Insulis Ferroanis

15) Ibid. Tom. I. pag. 293.

operariis maribus binæ dantur alimenterum
librae, foeminis unâ librâ contentis. Plurima
maximeque insignia voracitatis exempla viri
subministrant, majoris temperantiæ famisque
toleratae mulieres. Et parciori potu adquies-
cunt. — Peculiaris circa concoctionem in foe-
minis, conditio hæc est: manducatio ob mus-
culorum infirmitatem minus valida; dentium
molarium posteriorum crebrior defectus. —

Et respirationis in concoctionem mira vis
est. Quo respiratio fortior, quo aër oxygenio
est uberior, eo major cibi aviditas, quæ qui-
dem ex succi gastrici acretionem e sanguine,
qui paullo ante aëris oxygeniosi vi in pulmo-
nibus fuerat expositus, pendere videtur.

Sed et bilia præparatio arctiori relatione
conjuncta est cum respiratione. Omnia ani-
malia, ait *Autenriethius* ¹⁶⁾, respirationis or-
ganis instructa, hac ipsâ re, succi gastrici oxy-
dantis vi digerere cibos videntur, licet illa
omnia hepate functionis omnino contrariæ sint
prædita; quoniam, ad nutriendum, sanguine,

16) Ibid. Tom. II. pag. 103.

oxygenii ope coagulando, non ultra coagulationis momentum oxygenio saturato, opus est. Unde discas, qui fieri possit, ut hepatis foeminarum conditio, quantumvis minor, vigori non officiat. Praeterea corporis mulierum faciliorem ac celeriore nutritionem, quodammodo adjuvant longior intestinorum tractus ejusque et major incitabilitas et vasorum resorbentium copia ipsigrior, unde quidem excrementa duriora. Quibus (hucusque quae monuimus) animo lustratis et cum §. 10. comparatis, rationem facile perspicias eorum, quibus tam physiologico respectu insignis est mulierum digestio, quam quibus respectu pathologico conspicuae sunt foeminae, ad digestionis turbationem subeundam proniores.

§. 16.

Vis, quam systematis gangliorum alacrior efficacitas in subtilissimos vasorum fines exercere solet, (§. 10.) satis est in aprico, hinc succulentia uberior, unde tamen, vasorum resorbentium infirmitate accedente, oedema et hydrops facile generantur. Hinc in foeminis isti morbi solemniore. An praeterea secretionum

et excretionum qualitate sequior sexus differat, nec per observata, nec per analyses chemicas constat, neque conjecturà veri speciem prae se ferente adsequi licet ex phaenomenis. Diversitates denique observet tam in alui excrementis (§. 15.), quam in excretionem urinae et in perspiratione cutaneà. Parcius urinam reddunt mulieres, quam viri; ut quarum vesica urinaria vasis absorbentibus magis abundet et potatio foeminarum sit omnino parcius. Urina densior, spissior, acrioris et grauioris odoris, magisque corrosiva. Organorum uropoëticorum morbi rariores; sicut calculi in renibus et vesica, ut ex quà, per urethram et rectiorem et breuiorem amplioremque, naturae beneficio facilius ejiciantur, quam in viris.

§. 17.

In perspirationis cutaneae in utroque sexu diversitate definiendà in partes quam maxime diuersas abeunt. *Verheyen* ¹⁷⁾: „Transpiratio, „ait, insensibilis validior esse solet in sexu „masculino, quam in muliebri.“ — *Bicha-*

17) Anatomia. Tom. II. p. 138.

tius ¹⁸⁾ haec docet: „Im Ganzen ist das thierische Leben der Haut bey dem weiblichen Geschlechte viel exaltirter, das organische Leben scheint dagegen bey dem Manne zu überwiegen. Im Ganzen schwitzt er häufiger; seine stärker eingölte Haut kündigt eine reichlichere Absonderung an.“ — Concinit *Morcau* ¹⁹⁾: „Die Ausdünstung, inquit, scheint bey dem Weibe nicht so beträchtlich zu seyn, und hat an manchen Stellen einen eigenthümlichen Geruch etc.“ — Contra sentit *Sieboldus* ²⁰⁾, docens, perspirationem cutaneam, in muliere, quam in viro, esse validiorem. Quae Viri Doctissimi sententia, (parciorem expirationem; minorem in bile generandam carbonii consumptionem; alacriorum vasorum lymphaticorum et intestinorum efficacitatem, parciolemque urinae excretionem cum respexeris,) fundamentis theoreticis nitiquidem videtur, sed experientiae repugnat, quum,

18) *Bichat*: Allgemeine Anatomie; übersetzt von *Pfaff*. Lipsiae. 1803. Tom. II, Sect. I, p. 241.

19) *Morcau*: Naturgeschichte der Weiber; übersetzt von *Rinck*. Tom. I. p. 123.

20) *Frauenzimmerkrankheiten*. Tom. I, §. 27.

corpore utriusque generis pari vehementiâ parique omnino conditione exercitato, parcio-rem in foeminis, multo largiorem in viris sudorem animaduertas. Nec mirum. Quum pilosiores sint viri et transpirationis materies in omnem, quam late patet, pilorum campum dispargatur, ergo multo vastiorem aream occupet, in viris transspiratio validior non esse non potest, quam in foeminis. Aliam praeterea rationem, ad parcio-rem mulierum transpirationem tuendam, ex observatis §. 7. repetere licet, unde quidem memineras, sanguinem parcius petere cutis superficiem. Quantumcunque repugnare videatur receptis medicorum praeceptis, infirmior haec foeminarum transspiratio nihilo secius tamen bene valere videas mulieres. Hinc sequitur, ut et hoc varietatis in peculiari foeminarum naturâ nitatur.

Praeterea liquet, parcio-rem istam transpirationem ceterum eadem relatione et consensuali et antagonisticâ tum cum foeminâ esse conjunctam, tum cum mare, sed et cum alio organo, mulieri proprio esse consociatam, organo, inquam, singulis mensibus sanguinem

carboniosum emittente, ex quo quidem ipso parcius transpiratio quodammodo pendere nobis videtur.

In relationem cutis cum utero conjunctam deinde inquirens, intelligas, uteri efficacitate, quae esse solet in catameniis. regi efficacitatem cutis, illa autem insigniter aucta cum fuerit suisque ipsius finibus contenta, sicut in gravidis, cutem - nullam subire mutationem; contra uteri efficacitate post partum remissâ, magis aequabiliter se exserturâ per uniuersum corpus, cutis efficacitatem augeri; ergo, ne multa! utero in normali statu materias ejiçiente ex corpore, transpiratione insensibili largius eas secerni ac separari; et contra impediri, perspiratione cutaneâ in catameniis repressâ! Quam quidem rem in eximiis foeminarum naturae proprietatibus esse numerandam, maxime ad sexum propius cum spectet, nemo non videt. Uberior explicatio hujus non est loci. At iis, quae §. 21. tradidimus, perpensis, praeterea quaedam alia inde illustrare licebit. Ad nos quidem sola parcius transpirationis vis, in corpus uniuersum agens, spectare videtur.

In eo fere omnes jamjam consentiunt, repressam perspirationem cutaneam non eo nocere, quod materiae noxiae, ex corpore ejiciendae, ejici tunc nequeant, sed quod turbatam organismi functionem aliam non sequi alia non possit. Atqui parcior, pro ratione, transpiratio cutanea cum sit mulierum, organismo earum omnino bene valente habere quidem potest locum, at aliquam tamen vim exsertura in uniuersam illarum conditionem. Ad quam rite indagandam haec ipsa functio paullo diligentius consideranda.

Sanguis cutem petentis pars alia per cutaneam perspirationem effugit vaporando, alia a venarum finibus serosis in cruoris massam reducit. Quum tanta materiarum copia per insensibilem perspirationem pereat (ut quae fere quinque totius deminutionis octantes aequet) quis dubitabit, quin non pauca, quae, in massam sanguinis reditura, corpori inhaerescere potuerint, simul abducantur? In sequiori sexu, ad cujus normalem statum parcior illa perspiratio cutanea pertinet, harum **materiarum** diutius in corpore commorantium aliqua pars absque dubio (adsimilando, quod

dicunt) inhaerescit, non nisi minori parte excreta. Unde facile cognoscas, succosiores esse, et plus materiae nutritivae gignere foeminas, quam viros.

Praeterea animadvertas perspirationis cutaneae in muliere, quae in menstruis est, insignem odorem, et quod Ammoniacum fere redoleat, cum nervosis morbis laborant foeminae, potissimum ante spasmodum accessum.

Ex qua multo insigniori perspirationis cutaneae vi in foeminarum corpus agente, cognoscas, quantum oppressa, ad perquam varios ac vehementiores morbos generandos magis in foeminis faciat, quam in viris, cognoscas idem balnearum in quam plurimis morbis mulierum adhibitarum usum eximium.

§. 18.

Quibus (§. 17.) corruatis animoque comprehensis facile intelligas, ex nutrimentis quantumvis parcius assumtis, quantum ejus fieri possit, plurimum, adsimilando, quod dicunt, (§. 15.) adhaerescere corpori. Et corpus mu-

lieris, Hippocrate jam monente, minorem, quam viri, jacturam cum faciat, egregie inde confirmantur, quae docet *Ackermannus* ²¹⁾: „Foemina, ait, et hâc praecipue notâ a viro „discernitur, quod materiae organicae densior „penus adsit.“ — Et eandem ob causam reproductio in muliere, quam in viro, validior, id quod constat inter omnes. — Sexu utroque, ad maturitatem cum peruenerit, sorsim examinato, liquet, virilis naturae functiones, neque iis exceptis, quae genitalium partium sunt, solam conseruationem sui ipsius et cunctarum virium aequabilem euolutionem spectare. Ad mulieres contra quod attinet, systema organorum et functionum diuersum, utpote quae, non nisi mediate modoque secundo, ad organismum conseruandum, faciant, potissimum autem rectâque viâ ad aliquid tendant, quod ad solam conseruationem sui non spectet ²²⁾. Cui quidem procreando non paria sunt haec organa, sed maiorem hanc producendi vim, materiae organicae mulieri insidentis hanc

21) *Infantis androgyni historia.* pag. 56.

22) *Mende: Die Krankheiten der Weiber.* Tom. I. pag. 6.

uberiorem copiam quae non ad solam sui ipsius conseruationem, sed, et potissimum quidem, ad productiones illas spectant, fontes dixeris primarios, unde, dum generandi facultate pollet foemina, nec vel ad foetum nutriendum in ipsâ grauiditate, vel ad massae organicae iacturam compensandam usus urget, per menstruum euacuatio fiat. Ex quo massae organicae uberiori penu prodeunt tum iacturae factae facilior compensatio, modo laudata, hinc et profluuiorum sanguinis noxa leuior; morborum, consumptionis quos dicunt, toleratio et facilior et magis diutina, nisi puris generatio accesserit, ut quae reproductionis majori vi eo magis augeatur et mortem tunc in foeminâ magis acceleret, quam in viro. Porro inde formantur abnormes membranae partesque, et per inflammationes, inter alios exitus et transsudatione terminari quae possunt, mors hisce in foeminis frequentior. Quin ipsa etiam corporis muliebris maturior euolutio inde deriuanda, sicut virium citior relectio post operosos labores.

§. 19.

Irritabilitatis statum in foeminis jam ex §§. 6 et 7. colligere licet. Nam musculorum, per suam infirmitatem cum minor sit renisus, corporis foeminarum, licet par fuerit sensibilitas, facilius est mobilitas, incitabilitas efficacior, vis tamen minoris. Hinc et infirmior foemina magisque impatiens diutinorum laborum; morbi sphaerae irritabilis rariores; frequentiores contra, qui ex contractilitatis infirmitate et sensibilitate adauctâ oriuntur, qua de re jam supra (§. 6.) quaedam tradidimus, hic loci *Jaegerus* ²³⁾ quae docet, insuper subjuncturi: „Oesters, ait, bestehet diese Art von „Contractibilitäts - Schwäche mehr in einem „bleibenden Zustande, in einem kränklichen „Habitus, wie bey hysterischen, hypochondrischen, zu Krämpfen Geneigten, als dafs sie „eine eigene Krankheit bildet; doch begründet sie nicht selten die hervorstechendsten „Symptome in manchen örtlichen Krankheiten. „Ein großer Theil der Verdauungsbeschwer-

23) *Jaeger*: Ueber die Natur und Behandlung der krankhaften Schwäche. Stuttgart. 1807. p. 210.

„den, das Aufgeblähtseyn, die Verstopfung
 „und selbst die scheinbare und meistens schnell
 „vorübergehende Schwäche der willkürlichen
 „Muskeln, die bey hypochondrischen und hy-
 „sterischen Personen so häufig vorkömmt,
 „rührt von der Beschränkung der Contractili-
 „tät durch überwiegende Sensibilität her. End-
 „lich glaube ich auch noch einige Arten von
 „Geschwülsten, Hautausschlägen und Proflu-
 „viis einer Unthätigkeit des lymphatischen
 „Systems zuschreiben zu müssen, die vom
 „Darniederliegen seiner Contractilität, wegen
 „abnormer Steigerung seiner Sensibilität, her-
 „rührt.“ — Et alio loco ²⁴⁾ monet: „Häufig
 „unterliegt die Contractilität des absorbirenden
 „Nahrungssystems dem Uebermaasse der fort-
 „zubewegenden Masse und der daher entste-
 „henden Ausdehnung: daher auch die Bewe-
 „gungsschwäche des Systems der Blutgefäße,
 „besonders der Venen. So entstehen wässe-
 „rige Ergiefsungen. Die Scrophelkrankheit
 „ist früher, als Folge der krankhaftgesteigerten
 „Sensibilität des lymphatischen Systems und
 „der davon herrührenden Wirkungsschwäche,

24) Ibid. pag. 249.

„angegeben worden. Aus diesen entsteht
 „dann eine Ueberfüllung der Gefäße, die
 „endlich auch den Theil betrifft, welchem
 „hauptsächlich die Nahrungsfuction mit über-
 „tragen ist; und indem hierdurch mehr und
 „mehr seine Contractilität geschwächt wird,
 „entwickelt sich aus der scrophulösen Disposi-
 „tion eine, der bey Kindern, aus Ueberfütte-
 „rung entstehenden sehr ähnliche, Art von
 „Atrophie.“ — Quorum quidem enunciato-
 rum, in mulieres prona est neque impedita
 translatio.

§. 20.

Omnes mulierum sensus sunt delicatiores
 et viros cum respexeris, in Hyperaesthesiae
 quodam statu versantes. Leuiore impres-
 siones externae, a viris vix ac ne vix quidem
 perceptae, foeminas tangunt. Sensibilitas in
 muliere validior, et leuibus quidem causis,
 ad disparem partitionem subeundam facile indu-
 citur. Singuli morbi inde oriundi indolis sunt
 periodicae. Quae quidem periodica indoles
 ex his, quae e cumulata singularum organo-
 rum sensibilitate denique non fluere non pos-

sunt, nimirum ex imminutâ ad directionem abnormem subeundâ pronitate, sine negotio perspicitur. Spasmi huc referendi, potissimum tonici, quibus, per sensibilitatis disparitionem, a prævalente contractilitate et sensibilitate, pro ratione, imminutâ, ansa præbetur. Pariter huc referas morbos complures alios, quorum in foeminis frequentiam e gangliorum systematis mirâ vi, quam exserit in mulieres, quodammodo repetere licuerit.

Supra (§. 10.) jam commemoratum, systema gangliorum ad vegetationem solam pertinere, utpote quod vis vitalis primum fontem dixeris et sensibilitatis, quoad ejus copia fuerit, (*disponibil*) penum. unde per singula vegetationis organa æquabiliter distribuatur et iis maxime satis ubunde advebatur, quæ tunc eximia actione quâcunque sint occupata. Sensibilitas, eademque prærata, (*disponibil*), conductionis lege sequitur. Quæ, quocunque fuerit, conductâ, vita alacrius viget, exoriantur spasmi, convulsiones, phrenesiae, copiosae secretiones, materiae vel consumptio, vel accumulatio. Per nervos conjunctios efficiuntur conductio; quæ cum interrumpatur per

nodos, desit centrum dominans, cerebri systemate separato, in illo systemate hominis inscio eueniunt omnia. Exciipiuntur quidem irritamenta, nec deest reactio, sed non concepta animo; nisi cum systemati gangliorum vis quaedam accedit (ut manipulatione); tunc sensus excitantur. Sphaerae vegetatiuae morbis accenset *Reiliius* ²⁵⁾ hypochochondriam, hysteriam et morborum cacochymicorum et cachecticorum agmen uniuersum. Praeterea, eodem iudice, in systemate gangliorum vitalitatis sunt intemperies, animo conceptae, et eo quidem, quod per semiductionem perruptam concessum hoc sit cerebro. Cujus indolis, sphaerae vegetatiuae morbi sunt omnes, cum molestiae sensu sociati, maxime neuralgiae systematis gangliorum, quae, peculiari quodam sensu, secundum plexuum concatenationem se extendente, a neuralgiis systematis cerebri differunt. Pariter huc pertinent neuralgiae plexus spermatici, ex his ipsis procedentes ramorumque illorum cursum sequentes, cardialgia sociata, cum oppressione, palpitatio cor-

25) *Reil*: Ueber die Eigenschaften des Gangliensystems; in *eiusd. Archiv.* Tom. VII.

dis, incubus, (ventriculi ardor) nausea ejusque ad vertiginem relatio, angor, pauor, ventriculi faucumque constrictio. In vitalitalis intemperies in systemate gangliorum potissimum valent, quae docet *Pjaffius* ²⁶): „Im „Fall einer erhöhten Erregbarkeit der Nerven „entstehen nicht selten, von unbedeutenden „Reizen, heftige Nervenactionen und denselben entsprechende Empfindungen. Der Kranke „leidet an mancherley Schmerzen, welche auf „Verletzungen der Organe hinweisen, die in „der That nicht vorhanden sind. Er bekommt „falsche Vorstellungen vom innern Zustande „seines Körpers und den verschiedenen Theilen desselben, und so wird oft der Grund zu „noch wichtigern Krankheiten gelegt, die das „Seelenorgan unmittelbar betreffen.“ —

Omnes hae morborum formae in foeminis, ob systematis gangliorum magis vigentem efficacitatem, videas solemniores. Sopor etiam magneticus, systematis gangliorum vigore et influxu aducto inhalatus, tum *artificialis*, manipulatione arcessitus, tum *accidentalis*, in certis

26) *Pjaffii* Physiologie und Pathologie; pag. 322.

quibusdam, maxime evolutionis, morbis, sponte irruens (cujus primum exemplam *Hopfengartnerus* ²⁷⁾ commemorat), et ille quidem facilius omnino mulieribus inferendus, hic quod ecquidem sciam, exemplis edoctus, sequiorem sexum solum obruere solet. In systemate gangliorum ipso et praeponderantis quidem corporalitatis polo somatico, *Reille* *judice* ²⁸⁾ validiores sensus, corporisque vel voluptate, vel molestiâ insignes siti. Cerebrum, sensus, muscoli fere citra validissimorum sensuum simultaneitatem agunt, partes genitales autem omnino contrâ. Complures instinctos, ut, in bestiis rapacibus caedis, cupiditas, in visceribus sedent, et homo viscerum expertus, et affectuum, quos dicunt, i. e. motuum animi fere expertus foret putandus idem. Id, quod jam olim perspexisse videntur veteres *Hebraei* et *Arabes* ²⁹⁾. Ad illos quod attinet, fidem

27) *Hopfengartner*: Ueber Entwicklung und Entwicklungskrankheiten.

28) *Reil*: l. c. pag. 239.

29) Quâ in re indagandâ cum omninô versarer, accidit, ut in aedibus *Perill. Styxii*, praeceptoris Carissimi, quem visum adierat *Perill. Hezelius*,

facit nominis מַעֲיִם (*meghim*) sollemnis in codice sacro veteris testamenti usus. Primo quidem *viscera* notat, deinde et de *sede variorum animi motuum* adhibetur, ut *misericordiae*, *dilectionis*, *doloris*, ut Jesaiae cap. LXIII, 15. Jeremiae cap. XXXI, 20. — Similiter fera synonymum רַחֲמִים (*rachamim*) i. e. *viscera* (et *uterus*; sicut et מַעֲיִם (*meghim*) et *viscera* et *uterum* (Geneseos cap. XXV, 23. Ruth. I, 11.) quin etiam *partes genitales maris* (ut Genes. cap. XV, 4. 2 Sam. 16, 11.) denotat. Deinde (רַחֲמִים *rachamim*) est *viscerum* (uterique) *commotio* et plerumque quidem *commiseratio*, *misericordia*, *dilectio*. Hinc ipsum verbum רָחַם (*racham*) est (et in *Kal*, et in *Piel*) *misereri*, *diligere*; רָחַם (*rachum*) et רָחַמְנִי (Arabice

philologiae orient. Prof. P. O. de eadem re confabulantem me hic edoceret, *Hebraeis etiam et Arabibus idem jamjam fuisse persuasum*. Eo quidem non nisi literarum veterum Romanorum Graecorumque aliquantillum gnarus, orientalium ignarus, rogavi Perill. Hezelium, ut, quae Orientalium persuasionis illius vestigia exstarent, benevole mecum communicaret. Locum dedit, meis precibus, unde haurire mihi contigit, quae Lectoribus fideliter tradere consultum esse putavi.

⁵رَاحِمٌ (rachim) et ⁵رَاحِمَانٌ (rachimān) misericors.) — Haud aliter in Arabismo. Nomen ¹¹حشا (Hháscha, et ⁵¹حشوة hhischwe) plur: ³أحشَاء (ahhschà) sunt viscera, intestina; unde nomen corruatum ³حشو (lhéschw') i. e. sequiores, ignobiles, inferioris conditionis homines; pravius animi motibus insignes *). Unde colligere licet, motuum animi sedem in visceribus collocasse jam ipsos et Hebraeos veteres et Arabes. Recte quidem. Compertum enim est, per motiones animi, cum corporis vicissitudinibus, siue ex aetatis ulteriori progressu, siue ex generandi facultate, suà vice, variante, siue ex morborum vi pendentibus, pari quasi passu ambulare. Per semi-ductionis adparatum sensationes sphaerae vegetativae, in sphaerae animalis centro mentis compotes fieri seu ad conscientiam adspirare; eaque re animi adfectiones motusque gignere possunt, ita, ut liberarum actionum coeperint

*) Vid. *Simonis Lexicon Hebraicum*, edit. *Eichhorn*. Tom. I. p. 931. Tom. II. p. 1515. sqq. *Gottii Lexicon Arabicum*, col. 616.

esse moderatrices. Alia omnino tunc relatio obtinet inter *intelligendi* et *sentiendi* facultates. *Haec*, moderatrix, temperat; *illa*, temperata, regitur. — Inde facile intelligas animi affectionum vim, in foeminis majorem, et, minori systematum cerebri et gangliorum disjunctione (*Isolation*) perpensa, (§. 10.) sensuum efficacitatis vim omnino validiorem.

§. 21.

Denique de *menstruis* foeminarum disserendum. Quae licet huc non spectare videantur primo obtutu, (et eo quidem, quod functionum sexus explicatio a scopo nostro sit aliena) non tamen omnino praetereunda silentio. Cum enim perpenderit, menstruum mere locale haberi non posse phaenomenon, ut quod non ex solis partibus genitalibus pendat; deinde cum memineris, quantam et quam insigni vi polleat circa uniuersum organismum; utpote quo haud raro tum in ipsam morbi causam cedat, tum per consensum simul adficiatur; denique cum reputaueris vim miram in ipsis morbis, menstruo ingruente plerumque ingrauescentibus, succinctam mentionem de

eo faciendam a consilio nostro haud dixeris alienam. Jam supra (§, 18.) traditum, foeminas omnino aetas abundare materie nutritiâ, non ad semetipsas solas conservandas, sed pariter etiam ad prolem in utero generandam ac nutriendam destinata. Dum non habet, unde generet et quod nutriat foemina, quae abundant, in menstruum versa, defluunt. — Quam materiei organicae abundantiam palmaris profuuii istius menstrui causis esse accensendam, docet experientia. Nam quae aut pariori aridoue victu utuntur, aut curis et aegritudine anguntur; aut subeunt operosos labores, aut laborant quocunque morbo, materiem nutritiam siue turbante, siue absumente, siue amouente, jam parrioribus, jam rarioribus catameniiis gaudent, contra quae ante inopia et operoso labore fuerant oppressae, laetiora victus deinde participes, perlungentes leuiori opere, largiora emittunt, furte et frequentiora. — Insignia sunt, quae jam manuit ipse Moschion³⁰): *παθη αργαυη η καθαυρα; αι τουτου επι υπερπερισσειου το αιμα των σωματων εις ταυτα αδραι-*

30) *Μοσχίωνης περι γυναικειου παθηου.* In *Spachii* *Gynaeciorum* libris. p. 2.

ζῆται κ. τ. λ. *Et alio loco*: Οποῖα εἶναι καὶ πλείω
καθαροῦ ποιοῦσαι; αἱτινες ἀρχῆς βροῦσι καὶ καταλι-
δοῖς εἰσι καὶ οὐδὲν πρᾶττουσι πλεονα αἵματι καθαίρονται,
αἱτινες δὲ ἐπὶ ταῖς καθήμερῖσι προξέσι γυμναζοῦνται
ἐν τῇ πρῆψι, ὀλίγη αἵματι καθαίρονται. — *Fidem*
facit periodus menstrua, — quam *Sanctorius*
invenerat eandem in viris, ut quorum corpus
menstruo spacio incrementum maximum con-
sequi ipsi, ex suis quidem observatis, videat-
tur, decremento deinde summo per vicem sub-
sequente.

Aliam idius profluvii causam systematis
gangliorum adaucta sensibilitas subministrat,
et maxime quidem in organis genitalibus abun-
dans. Quis quaeso est, qui ignoret, vim, in
sensibilitatem quae se exserit, quamcunque in
catameniorum profluvium agere eandem? At
cum memineris phaenomenorum menstrui
eruptionem praecedentium, vel in ipso proflu-
vio conspicuorum, non dubium est, systema-
tis gangliorum sensibilitatem insigniter esse
adauctam, sicut singula fere signa innuunt. →
Phaenomenis, moliminum menstruationis no-
mine famosiss accensent convulsiones, mala
neruosa, cujuscunque fuerint generis vertigi-
nem et nimiam animi sensibilitatem; mutatio-

nes circa nutritionis conditionem, ut fractam cibi capiendi cupiditatem, vomitum, *rel.* Et vasorum efficacitate tum magis vigente, animaduertas congestiones capitis, haemorrhagiam narium etc. Haud raro in mensium fluxu eadem utique phaenomena: sensibilitas mirum in modum adaucta; cujuscunque animi motus vis in corpus exserta validior, ita, ut foeminas ceteroquin mites ac mansuetas, isto tempore, vix ac ne vix quidem tolerare possis. Saepius mutationes superius commemoratae in nutritionis systemate obtinent. Systematis vasorum efficacitas continua, perdurans, praeterea vim exerit venarum omnium nimio fartu. Hinc venarum in manibus pedibusque tumor; vasorum minorum caeruleus idemque insignis color; cutis sebi major copia. Fucus id temporis adhibitus, inanis, cuti male inhaerens; transpirationis odor novus et peculiaris. In compluribus maculis distincta cutis, maxime circa os et mentum, etc. Crines saepius asperi; arescunt; caput squamis obtectum. Et spiritus odor plerumque novus: quin vox etiam ipsa mutata, plerumque solito infirmior nec sibi constans. Systema irritabile infirmius; musculi imminutionis vigoris. —

Quibus phaenomenis cum iis, quae circa systema gangliorum; Reilio auspice, docuimus, comparatis, confirmatur nostra sententia, licet sint et phaenomena, quae ex materiae organicae abundantia derivare liceat.

Itaque vires systematis gangliorum, ad quod sensibilitas omnis referenda videtur, illo tempore cum insigniter sit adaucta, in aprico est multorum morborum, potissimum nervosorum, quibus tunc temporis foeminae affliguntur, exacerbatio; corporis, ad omnes omnino morborum causas alliciendas mira pronitas; morborum sanatos quos jamjam credideris, repetitio; (hinc, *Stollio* monente, foeminam percuratam et sanitati restitutam non putaveris, nisi menstruo superato soluta morbo permanserit!) in aprico, inquam, denique et incommodorum, ex profluvii suppressione adeoque et per partes alias inaequaliter distributa sensibilitate oriundorum ratio.

Relatio intercedens inter catamœnia cunctemque variarum in hac conspicuarum mutationum ansam praebet, sicut jamjam erat commemoratum. Et in gravidis ephelides

saepiuscule exoriri videas, nonnunquam cutis colorem omnino mutatum. At, per medicorum scientiam hodieque mancam, catameniorum vis in certos cutis morbos exeri solitae rationem reddere vix ac ne vix quidem licet.

Sectio altera.

§. 22.

Notis, quibus, circa constructionem et functiones corporis, foeminae maresque adulti discernuntur, et illae potissimum sunt insignes, enumerandis ac disquirendis satis immorati esse nobis videmur, arreptâ quavis occasione monendi, ubicunque peculiaris illa naturae foeminarum conditio, morbi, quicunque fuerit, generandi ansam praebere possit. Jamjam ex naturâ foeminarum deriuare conabimur frequentiae certorum morborum, in foeminis, quam in viris, solemniorum rationem. Per difficultates, quibus haecce disquisitio est obnoxia, arctioribus dissertationis inauguralis finibus adauctas, quum breuitatis nos esse oportet.

teat studiosissimos, de manco nullâque ex parte perfecto tentamine velimus nos excusatos. Ante tamen, quam manum mentemque admoueamus qualicumque operi faciendo, vim eorum, quae peculiaris ac propria sunt foeminarum naturae, exsertam in morbos in genere commemorare liceat.

§. 23.

Cujuscunque irritamenti perceptio in foeminis quam omnino sit pronior (§. 20.), reactio autem, per infirmiore[m] corporis structuram, quam in viris, leuior, receptiuitate quotiens insuper et insigniter quidem adauctâ (§. 21.): peculiarem foeminarum conditionem morbis generandis mirum in modum uelificari. Ex sanguinis largiori copia (§. 18.), opportunâ quâcunque occasione datâ, plethorae jam uniuersalis, jam localis (maxime cum singulae partes aut grauius adfectae, aut agrioris efficacitatis fuerint) symptomatum exortorum facile cognoscitur ratio. — Id quod tum maxime obseruare licet, vel cum menses imminuent, vel in recentissimâ grauiditate, cum foetus generatio et nutritio exilis est impensae,

vel post partum mulierum, maxime non nutrientium infantem. Adeo in infirmioribus foeminis inflammatoriam tunc sortiuntur indolem. Sicut morbis *generandis* velificatur intensior illa sensibilitas, ita et, eadem *generatorum* impetus per singula organorum systemata magis propagantur latiusque evagantur, eademque varias formas sortitur unus ideoque morbus. Morbi acuti celerius quidem plerumque decurrunt in foeminis, sed omnino magis urgent, magisque confusos ac perturbatos sese exhibent, ita ut obscurum atque obstrusum dixeris eorum typum. Materiei nutritivae receptione, *adsimilationem* quam dicunt, ipso morbo turbata, vehementior ac celerior in foeminis, quam in viris, videri quidem tibi possit impetus. Sed turbatione ista sublata, alacriori illa producendi vi (§. 18.) multo citius recreantur et convalescunt eadem. Inter omnes morbos diutinos et catamenia intercedere solet insignis quaedam relatio, hisce nimirum tunc temporis ingruentibus, quibus, vi irritationis, plerumque complicationes gignuntur. At catamenia vel imminuta, vel adeo suppressa non semper complicationes dixeris, saepiuscule potius ad nutritionis, morbi vi im-

peditae, inopiam referenda ¹⁾. Ad exitum morborum quod attinet, minus perfectum dixeris in foeminis, quam in viris. Infirmitas insignior remanet, sensim sensimque evanescent. Morborum inflammationis notà conspicuorum crises contra haud raro sunt perfectae, et plerumque quidem haemorrhagiam, potissimum uteri, exhibentes.

§. 24.

Jam denique transeundum ad specialiora. „Ad quaestionem, ait *Sprengelius* ²⁾, quid „febris sit, ita respondemus, ut morbum statuamus, qui versetur in nimio, post impeditam conductionem, impetu, per ganglios „organicosue nervos, systemati vasorum „videntes.“ — Praeterea forte nec musculorum in vasorum tunicà alacris efficacitas negligenda, in qua solà quibusdam febris rationem omnem collocare visum erat. Ex systematis gangliorum majori vi in foeminas agente cog-

1) *Mende*: Krankheiten der Weiber. Tom. I. p. 7.

2) *Sprengelii* institutiones medicae. Tom. IV. Amstelod. 1814. pag. 21.

noscere licet, qui fiat, ut (*Hartmanno* momento ³⁾ „mulieres longe citius ac fortius a quibusvis irritamentis febricitent ac viri quidem solum „leant“ – atque ut, (cum tantopere inualesceret irritamentum, ut vis ejus haud mature exaequaretur,) febris exorta magis exacerbescat, magis atypus euadat et complicatio, vel hujus systematis efficacitas, irritamento illo facto, forte tunicae vasorum in foeminis minori irritabilitate, adjuncta, directionem variet, et, creberrime quidem, sensibilitatis adactae vi adjuncta inaequabiliter distribuatur. Eademque de causa viros praesertim infestare videntur acuti morbi ⁴⁾.

§. 35.

Qua in re consistat inflammatio, quantumcunque operae studiique impenderit, nec dum exploratum est. Quam ob rem neque inflammationum in foeminis plerumque ratio-

3) *Hartmann*: Differentiae sexus momenta, p. 39.

4) *Ibid.* p. 52.

rum exactior ratio reddenda. Nonne pariter de tunicae vasorum capillarum tenuiori texture cogitare licuerit? Oxygenii praedominium naturam inflammationis constituere qui docuerunt⁵⁾, nisi sua hypothese, ex oxygenio a foeminis parcius recepto, inflammationis in ipsis raritatem sine negotio repetere potuerunt. Copiosior sanguinis adfluxus (licet congestio, ab inflammatione, differat) inflammationis, aliquam saltem, ansam praebere videtur. Hinc fere suppetere videntur, quae ad inflammationis peritonaei, foeminis fere propriae, et gastritis, enteritis etc. in mulieribus frequentiorum rationem reddendam supra (§. 7.) tradidimus. Quin frequentiorum etiam pneumoniarum, foeminas inuadentium eandemque in phthisin pulmonalem quandoque versarum causam eandem dixeris, majori, quam in mare, sanguinis copia, eodem temporis momento per angustius pectoris spatium persfluente, istosque angustiori spatio vel grauiditate, vel arte, ut strophiorum fibulteriorum temerario usu — magis etiam coarctato. —

5) *Sprengel* l. c. pag. 185.

§. 16.

Recte monet *Sprengelius* ⁶⁾, qui: „Causa, „ait, concipi nequit sanguinis fluxus, ni majorem statuas impetum, quo fit, ut cruor ipse „irruat in vasa capillaria. Itaque congestio „cuius subest sanguinis fluxui, eaque vel „activa, vere auctam arteriarum energiam, vel „passiva, solam sentiendi facultatem excitatam „supponens.“ — Atqui mulier, cum mare comparata, sanguine quam sit uberior, obnoxia profluvio menstruo, (quo impedito abundantia sanguinis aliis corporis partibus non contingere non potest) frequentiorum in foeminis, quam in viris, profluuiorum sanguinis ratio in promptu est. Arteriarum vis imbecillior et nervorum gangliorum per systema vasorum ad euntium alacrior efficacitas profluuiorum maxime passiuorum ansam praebet. Jaegero persuasum, non profluuiorum solum (§. 19.), sed exanthematum etiam quasdam species, ex systematis lymphatici inertia, oriunda quidem ex succumbente, per sensibilitatem justo magis adauctam, contractilitate, esse repetendas.

6) l. c. pag. 439.

Herpétis quaedam species, exempli ergo ab ipso commemorata, ab eodem viro doctissimo, in foeminis frequentius reperta 7). Ast variorum morborum cutaneorum vera conditio, hinc et catameniorum vis in cutem exserta, (sicut jam supra §. 21. monuimus,) heu! obscurior hodieque est medicis, quam quibus erysipelatis, urticariae, herpétis, pemphygi, ephelidum et lentiginium — insignioris in mulieribus frequentiae rationem reddere liceat.

§. 27.

Morborum spasmicorum proxima causa in irritabilitatis et sensibilitatis turbato aequilibrio quaerenda. In statu sano, ait *Gmelin* 8), virium modus et irritamentorum in ipsas agentium vis ejus sunt tenoris, ut contractiones certâ quâdam vehementiâ, celeritate, certoque ordine orientur. Contrâ, in morbosâ statu, irritamenta vehementiora atque insueta neque in rhythmum normalem agentia, contractio-

7) *Jaeger*: Ueber krankhafte Schwäche. p. 212.

8) *Gmelin*: Allgemeine Pathologie. Tübingae 1813. p. 204.

nes invehunt et vehementiores nec certum ordinem sequentes, h. e. spasmos. At ejusdem omnino effectus est sensibilitas nimium adaucta, et eo quidem, quod vel leviorum et consuetorum adeo vis multo sit efficacior ac vehementior. Namque et auctam sensibilitatem concipere mente possis, in tensionis quodam equilibrio, quod tunc irritamentorum leviori, siue consuetâ vi, (ut organi naturali vitae vigore,) turbari tolliue potest.

Causam præterea aliam, et tertiam quidem, *Jaegero* auctore, in sensibilitate inaequaliter dispersitâ sitam esse, meminervis, (§. 20.) quâ praeponderari contractilitas possit eadem. Numquid, cum legeris quae §§. 6. 19. 20. tradidimus, tametsi ibi locorum non nisi ex singulis rationari momentis nobis liceret, ulteriori explicatione insignioris morborum spasmicorum inter foeminas frequentiae opus fuerit? — — —

§. 28.

Cachexiae morbi dicuntur universales reproductionis systemate præprimis adfecto. De quarum duratione magis minusve diutinâ in

genere jam supra quaedam commemorauimus. (§. 18.) — Quos morbos subtilius lustraturi describimus, *Sprengelio* auspice ⁹), pro natalium varietate, in tres hasce classes; ut qui nascantur vel 1) e vasorum absorbentium universali vitio; vel 2) e laesâ per virus quoddam specificum ratione absorbentis systematis ad systema nervosum; vel 3) e penu materiei nutritis deprauato, aut deficiente. —

Prima classis, ob systematis lymphatici gnauioreni efficacitatem (§. 8.) ad nos quidem proxime spectat; *secunda*, quum singularis quaecunque venenorum vis in utrumque sexum exeri solita, ex observatorum penuriâ, fere omnino lateat medicos, utique praetermissâ. Ad *tertiam* denique quod attinet, profecto non habemus, quae (§. 18.) jamjam traditis mereantur subaddi.

§. 29.

In morbis primae classis accensendis sunt *hydrops* et *oedema*. Et nascuntur quidem ex

9) l. c. p. 668.

vasorum obsorbentium et exhalantium turbato aequilibro. In frequentiorum inter foeminas natalium causis sunt: systematis lymphatici contractilitas, sensibilitate justo magis intensâ, succumbens, ita, ut impar sese exhibeat (systema) massae promouendae nimiae copiae (§. 19.); unde effusiones exoriuntur, ad quas proferendas largior humorum in foeminis copia (§. 16.) confert, et quibus propellendis velificatur contextûs cellulosi structura laxior. (§. 3.) —

Eadem utique re gignuntur scrophulae ut quarum causae singulae in iis versentur rebus, quae lymphae motum tardare, debilitare vasa lymphatica et glandulas possint¹⁰⁾, sicuti supra (§. 19.) pariter jamjam commemoratum.

§. 30.

Restant denique tres aliae morborum formae, quae in foeminarum naturâ non nisi non possunt eadem: *Nymphomania*, *Hysteria* et *Chlorosis*. Subsimiles quidem et in viris de-

10) Ibid. pag. 726.

prehendere licet morbos, sed re verà haud parum ab istis alieni. *Nymphomania* quoddammodo respondere dixeris *Satyriasi*. Sed insigniores in pelvi foeminarum plexus nervorum, unde in uniuersum corpus majorem vim exserunt, isti morbo longe aliam inferunt formam. Idem, et magis etiam, de *Hysteria* dixeris. Sunt quidem, qui a malo hypochondriaco omnino hatud differre putent, persuasi, in foeminis ea solummodo accedere symptomata, quae corporis foemini constitutio elliciat ¹¹⁾. Sed per angustum, quo arctamur, dissertationis nostrae spatium, istam opinionem, rationibus atque argumentis oppositis, oppugnare non licet. Adeat, quem iuuerit, binas dissertationes inaugurales in ipsa eà re tractanda omnino versantes ¹²⁾. Mibi quidem non singula solum symptomata ex foeminarum natura pendere videntur, sed re verà omnis ipse morbus! Ad *Chlorosin* denique quod attinet, mor-

11) l. l. pag. 634.

12) *Faustmanni* Diss. de indole hysteriae et praecipue, quà differt ab hypochondriaco malo, ratio. Dorpat, 1812. et *Hedenbergii* Diss. de differentia et similitudinibus hypochondriacae et hysteriae. Dorpati 1815.

bus sequiori sexui proprius esse quidem videtur; verum pariter et in maribus, circa momentum evolutionis systematis sexualis, morbum animadvertere licet, puellarum chlorosi simillimum¹³⁾, re autem verà haud omnino eundem. In chloroseos, sicut et Hysteriae, causis indicandis tantopere dissentiant famosissimi scriptores, ut hujus morbi abstrusam causam in foeminarum natura indagare aequidem non ausim. In tres illos morbos diligentius inquirere praeterea utique opus non esse videtur, cum, qui foeminarum morbos explicandos sibi sumserunt, summae laudis famaeque scriptores satis abunde disputauerint, quos, qui velint, adeant! —

13) *Cobani*: Ueber die Verbindung des Physischen und Moralischen im Menschen. Tom. I. p. 326. et *Erandi*: Ueber die Eisenmittel. S. 67.

T h e s e s .

I.

In omni evolutione gangliorum systematis vires sunt auctae;

II.

quam ob rem caute distinguenda sunt, evolutio, morbus evolutionis et morbus.

III.

Animi actio et ad corporis evolutionem ad ejus detrimentum contribuere potest.

IV.

Sedem affectuum et aliarum animi perturbationum non sine jure a veteribus in corde, stomacho et jecinore positam esse, censeo.

V.

Ad hominum actiones aestimandas nemo medico philosopho aptior.

VI.

Quoad sympathiam, nerui non nisi in organis, quoquo modo inuicem inter se conjunctis, sunt conductores.

VII.

Non est, quod negemus vinculum quoddam, sympatheticum forte dicendum, inter mentes hominum, immo spatio separatorum.

VIII.

Non possum, quin theoriae de generatione aequiuoca assentiam;

IX.

ad quam quidem producendam aërem, humorem, et aliquid ex corpore organico necessarios esse, et

X.

de natura posterioris praecipue majorem minoremue organisationis gradum producti dependere, puto.

XI.

Nomen axis peluis melius, quam lineae directionis, immo ipso sensu geometrico defendendum.

XII.

Hysteria et hypochondria diuersae sunt morborum species.

XIII.

In plurimis morbis diaeta apta, diligenter obseruata, remediorum princeps.

